

«les, & accedentibus sine licentia infigatur exilium a civitate & diocesi.»

41 Moniales Regularibus subjecta, alloquentes cum Regularibus etiam ejusdem Ordinis licentiam legitimam non habentibus, incurrunt penas, & censuras a Concilio Provincialibus, vel editis episcopalis in similibus appositae ex bulla Gregorii XV. de exemptorum privilegiis incipit. Inscrutabili: Sic Sac. Congr. Concil. in Veronen. 29. Jan. 1633. in respons. ad 1. dub. apud Barbosa in summa Apost. dec. verb. Moniales alloquendi prohibito num. 9. Vide supra num. 30.

42 Regularis inventi alloquentes Moniales absque legitima licentia possunt ab Episcopo pena carceris puniri, ut expresse decrevit Sac. Congr. Concil. in Faventina 7. Mart. 1617. & iterum de anno 1624. sub Urbano VIII. ad dub. 14. ubi cum quaereretur: an posita dicta constitutio (scilicet Gregorii XV. de exemptorum privilegiis incipiens. Inscrutabili) Regularis absque legitima licentia, accedens ad monasterium Monialium Regularibus subjectarum, ibique sacro in loco colloquitis destinato cum Moniali colloquens, a dioc. Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri, & puniri possit? Sac. Congr. Cardinalium Concil. Tridentini Interpretum censuit posse. Quam Congregationis sententiam Urbanus VIII. ad se relatum approbavit, & postremo idem sancivit die 11. Maji 1669. approbante Clemente IX. Vide supra num. 16. & 17. ubi datur decretum per extensum.

43 Loquens cum Moniali de domo propinqua, aut via publica sita prope monasterium probabilis incurrat censuras, & penas latas contra accedentes ad colloquendum cum Monialibus, quia principaliter, & per se primo prohibetur collocutio, accessus vero per accidens, finis enim hujusmodi accessus est collocutio, qua redditur impossibili, non est, qui desideret ad Moniales accedere. Sic recte Donatus loc. cit. q. 15. n. 2. Graffius tit. 1. cons. 22. de excommunicat. n. 23. Henriquez lib. 13. c. 26. n. 2. Vericell. tract. 8. q. 66. n. 20. Felix Potestas tom. 1. p. 2. n. 476. Pasq. in Laurent. n. 1124. Merol. & alii contra Diana part. 2. tract. 2. de dub. regular. resol. 48. Tamburin. de jure Abbatis. disp. 25. quest. 8. n. 1. Pellizar. de Monial. cap. 5. n. 214. D. Cajetanum de Alexandris loc. cit. §. 10. quest. 1. & alios.

44 Item dictas censuras & penas incurrunt loquens cum Moniali per nutus, & signa, quia conceptus mentales, & animi passiones exprimentur, & alteri significantur, nedum externa voce articulata, sed etiam signis, & nutibus, ut patet in mutis, & surdis. Sic recte Graffius de casibus reservatis lib. 2. cap. 5. num. 33. Tamburin. loc. cit. in respons. ad tertium: Metola tom. 1. disp. 1. cap. 2. de voluntario 3. difficult. 593. & seq. Diana part. 3. tract. 2. de dub. regular. resol. 48. Donat. loc. cit. quest. 14. num. 2. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. quest. 1. & plures alii, quos refert & sequitur Philipp. de privileg. ignorant. in appendic. ad cap. 4. num. 284.

45 Item dictas censuras, & penas incurrunt, qui interpositam personam loquuntur in praesentia Monialis audientis, & per eandem interpositam personam respondentis, quia id in effectu idem est, ac si cum ipsa Moniali colloqueretur; loqui enim per se, & per interpositam personam paria sunt quoad effectum intentum. Bordon. resol. 7. n. 70. Vericell. tract. 8. quest. 66. n. 21. Donat. loc. cit. quest. 14. n. 3. & seq. Lexana in summa verb. Moniales n. 20. Graffius loc. cit. & alii contra Diana loc. cit. Pellizarium loc. cit. num. 215.

46 Item dictas censuras, & penas incurrunt, qui loquuntur cum Moniali audiente, sed non respondente, quia de ipso verificatur, quod vere cum Moniali loquatur, sive ipsa Monialis respondeat, sive non; verum tamen est, quod dictas censuras, & penas in tali casu non incurrunt Moniales, audientis, & tacens, sicuti nec incurrunt, qui Monialem sibi loquentem audit, & nihil respondet, quia censura, & pena est imposita contra loquentes, & non contra audientes. Graffius tom. 1. cons. 22. de excommunicat. num. 30. Diana loc. cit. Tamburin. loc. cit. in respons. ad secundum. Vericell. loc. cit. num. 24.

Pasqualig. loc. cit. num. 1123. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. quest. 1. & alii.

Item dictas censuras, & penas incurrunt, qui contra legem municipalem, seu diocesanam id prohibentem, literas scribit ad Moniales; unde attendenda sunt constitutiones particulares diocesis, & edita Episcoporum, nam in aliquibus diocesis, ut in Neapolitana, & aliis, adest prohibitio sub excommunicatione. Secus autem est dicendum pro illis diocesis, ubi non adest talis particularis prohibitio; Donat. loc. cit. quest. 10. cum pluribus ibi citatis, & constit. Synodal. Neapolitana ibi adducta, sub num. 5. & alii passim; decreta enim Generalia loquuntur solum de accedentibus ad Moniales alloquendas, non autem de scribentibus ad ipsas; alioqui enim est quid diversum a scribere, & a diversis non fit illatio. Bonacina de censura quest. 3. punct. 2. num. 3. Diana loc. cit. resol. 48. Navar. comment. 4. de Regularibus. num. 61. Sanchez lib. 6. moral. cap. 16. num. 117. Rodriguez tom. 1. quest. 45. art. 3. Nicol. de Monialibus. quest. 4. art. 5. Tamburin. disp. 25. quest. 10. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 1021. num. 81. & alii.

Item dictas censuras, & penas incurrunt, qui sine legitima licentia contra legem municipalem, & diocesanam loquuntur cum Novitiis, Educandis, aliisque feminis intra clausuram degentibus. Donat. loc. cit. q. 17. Riccius 1. part. prax. dec. 647. Graffius lib. 2. de casibus reservatis. cap. 53. & alii passim, & sic expresse habetur in cit. statut. Synodal. Neapolit. ibi: Etiam si cum Novitiis, aut cum puellis, que educationis causa ibi commorantur. Et de facto Regularis sine legitima licentia loquens cum predictis etiam prescindendo a statuto Synodali, seu Edicto Episcopi, incurrat penas decreti Sacre Congregationis jussu Sixti V. editi ibi: Ne dicti Religiosi, ullo quæsito colore, Moniales, Sorores aut quælibet aliam personam intra clausuram degentem alloqui possint; & constitutionis Gregorii XV. incipit. Inscrutabili, ibi: Si deliquerint circa personas intra septa degentes; & decreti Sacre Congregationis Concilii de anno 1669. 11. Maji approbati a Clemente IX. die 7. Junii ejusdem anni, & ejus jussu typis dati, & servari mandati, ibi: Cum Monialibus, aut aliis in clausura degentibus. Vide supra num. 17. Decretum per extensum.

Licentiam concedere pro alloquendis Monialibus, & aliis personis intra clausuram degentibus pro monasteriis Episcopo subjectis vel Sedi Apostolicæ, ad quem spectet? Vide art. anteced. a num. 85. ad 87.

Licentiam concedere pro monasteriis exemptis, & Regularibus subjectis, ad quem spectet? Vid. ibid. a n. 88. ad 93. cum proportionaliter idem dicendum sit de licentia pro allocatione Monialium, ac pro ingressu in clausuram.

Unde, ut notat Mattheucci official. Curia cap. 52. Quoad allocationem cum Monialibus num. 6. constat, talem licentiam concedere non competere Regularibus privative quoad Ordinarios, & Ordinariorum licentia est semper necessaria ad licite Moniales etiam Regularibus subjectas alloquendas ex dispositione etiam Sacre Congregationis Episcop. & Regular. quæ apud Pignatell. tom. 6. consultat. 85. num. 31. die 29. Aprilis 1594. censuit, quod Moniales Regularibus licet subjectas alloqui nemo possit absque licentia Episcopi, vel ejus Deputati, quod & nuper declaravit Sacra Congregatio Concilii in Bononiæ. 17. Maji 1704. in responsione ad quartum, apud Monacell. part. 1. ritual. formul. 15. n. 14. Vide supra num. 12.

Ubi licentia datur ab Episcopo, vel ejus Vicario, & Superiore Regulari, non licet Superiori Regulari talem licentiam alterare, addendo, vel aliquid addimendo. Sac. Congr. Conc. in Verul. 29. Jan. 1633. apud Barbosa in Summa Apostolicæ. decr. verb. Moniales alloquendi prohibitio num. 11. ibi: Monialium Regularibus subjectarum Superiores subscribentes post Episcopum, vel ejus Vicarium licentias eorum, qui ad colloquia accedunt, vel clausuram ingrediuntur, non possunt quæ excludere, addere, vel adimere ex illis, quæ Episcopus

opus ipse aut Vicarius pro cura, & bono regimine clausuræ in licentias præscribit, & apponit.

Pro quo adventendum, quod talis licentia pro monasteriis in Civitate existentibus debent primo loco subscribi ab Episcopo, seu ejus Vicario, & postea à Superiore regulari; pro monasteriis autem existentibus extra civitatem in diocesi debent priori loco subscribi à Superiore Regulari, & postea à Deputato ab Episcopo; Sic expresse Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Camerin. 7. Martii 1617. prout patet in ejus decreto per extensum allato art. antec. n. 92.

Edicta verò, quibus personis secularibus ad eadem monasteria Monialium prohibetur accessus, subscribenda, & publicanda sunt à solo Episcopo privative quoad Superiores Regulares. Sic expresse eadem Sac. Congr. in dict. Cameriniensi, ibi: Edicta verò quibus personis secularibus ad eadem monasteria Monialium accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse decrevit; & nuper statuit etiam Sac. Congr. Conc. in Hieraceni Visitationis 26. Jan. 1692. in responsione ad 13. apud Monacell. part. 1. rit. XI. formul. 19. num. 8.

Regulares pro alloquendis Monialibus etiam sibi subjectis in casibus permissis indigent licentia Episcopi loci, & sui Superioris Regularis, ita ut utriusque licentia debeat copulative concurrere. Donatus loc. cit. tract. 6. quest. 31. num. 5. Mattheucci official. cur. cap. 3. n. 18. & constat ex decreto Sacre Congregationis Episcop. & Regular. jussu Urbani VIII. editum, & allatum supra num. 15.

Regulares Confessarii, & Superiores seu Visitatores, si alloquantur Moniales extra præcisam officii sui necessitatem, incurrunt in penas privationis officiorum, vocisque activæ, & passivæ. Sac. Congr. Episcop. & Regular. in Ariminiensi. 22. Januar. 1576. in Januæ. 4. Maji 1618. licet non alloquantur ad malum finem. Eadem Sac. Congr. Episcop. in Placentina 26. Januæ. 1624. Nec possunt rehabilitari per suos Superiores. Eadem Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Venetiarum, & Nucerna 14. Decemb. 1604. apud Nicolium in Florculis verb. Accessus n. 2.

Habens licentiam loquendi cum una determinata Moniali non potest loqui cum aliis, sicuti Monialis non potest loqui nisi cum illa persona, que in licentia nominatur. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Comen. 16. Martii 1593. Unde patet, quod licentia concessa uni Regulari non extenditur ad sociam, ut recte docent Cotonius lib. 4. contror. 7. n. 88. Mattheucci official. curie cap. 3. n. 11. & alii contra alios; & concordant alia decreta super allata, que prohibitionem alloquendi declarant in terminis universalibus negativis; ut Nulli Religioso, Nulli Regulari licet &c. Nemo alloqui possit sine licentia, & hujusmodi. De socio enim verificaretur, quod loqueretur sine licentia, adeoque &c.

His, que jam diximus supra num. 24. addenda sunt que tradit eruditissime P. Gaudentius de Janua in egressu suo Opere novissimo anno 1748. Romæ impresso de Visitatione cap. 4. dubit. 11. sect. 5. num. 31. ibi: Recolendum est itidem quod dictum fuit superius sect. 4. num. 27. à prohibitione alloquendi Moniales exceptos esse Superiores, tum Provinciales, tum Locales, Confessariosque Ordinarios, simul & Extraordinarios pro tempore exerciti muneris; resolutionem etenim ibi datam impugnat Monacellus aliter sentiens, & Confessariis, qui sint Presbyteri seculares, consulens contrarium, quod nimirum Moniales extra actum Confessionis minime alloquantur; nisi aliqua necessitas, que bonum publicum monasterii respiciat, urgeret; prout part. 1. tit. IX. formul. 3. num. 11. Confessarius verò Regularibus hoc idem districtè præcipiens deinde formul. 5. numer. 1. & 2. ex relato per se decreto in Molana 21. Febr. 1617. quod alii reperiri in regesto, sed locum non citat; ubi factò quæsitio: num Confessarius Regularium Monialium, ejusque Socius, Confessionis, & Sacramentorum administrationis casibus exceptis, easdem Moniales absque Sac. Concilii Congregationis licentia alloqui valeant? Refertur data responsio: Ne-

gative. Verum hic considerandum obvenit, declaracionem hujusmodi emanasse à Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium: supra quo non reflectit Monacellus. At eadem Sac. Congr. Concilii Episcop. ex motivo fortasse, quod non nisi cum maxima difficultate mandatum hujusmodi à Superioribus, & Confessariis observandum foret, illud, quatenus prius editum sustinatur in posterioribus decretis revocavit, excipiendo à communi decreto non alloquendi Moniales Superiores dictos, atque Confessarios tum Ordinarios Regularium, tum Extraordinarios respectivè; atque præcipiens locorum Ordinariis, ne Superiores in casu, Confessariosve ad monasteria accedentes ullatenus vexent, in decreto scilicet edito 20. Julii anno 1640. in Alexandria; & in litera data de anno 1641. 22. Novembris. Archiepiscopo Amalphanò, sicut & in data prius Episcopo Captauno sub die 27. Septembris ejusdem 1641. Quæ omnia potuissent legere Monacellus apud Lantuscum V. A. Allocutio Monialium num. 7. prout plura legit, & citavit apud eundem, quoties ad suum inservant, & juvent intentum. Notandum sane constitutio posterior Alexandri VII. Sacrosancta 50. in Bull. tom. V. data sub die 30. Martii 1658. in qua prohibito præfata, sub penis ibi taxatis extenditur ad Confessarios Ordinarios, & Extraordinarios Superiores item cujuscumque gradus, seu Visitatores, tam Ordinarios, quam Delegatos, qui extra actum visitationum, aut Confessionum respectivè cum Monialibus, etiam Abbatis, & Priorissæ, aut Officiales monasterii fuerint, colloqui præsumperint. Ubi notandum venit illud verbum præsumperint. Verumtamen constitutionem editam fuisse constat pro quiete, & utilitate Monialium urbis, & Regularium curæ subjectarum, ut inibi in titulo, & præambulo propter specialia motiva solerti Pontifici nota, quæ ratione fortasse Monacellus, quem certe non latebat, eam allegare desiit; licet Mattheucci ipsammet generaliter admittens offic. cap. 13. num. 6. non advertat se contradicere sententiæ, quam sustinuerat cap. 3. n. 13. Confessarios videlicet Superioresque in prohibicione alloquendi &c. minime includi; an verò etiam in Urbe Constitutio Sancta exactè observetur, non est meum investigare. Porro, quod in aliquibus actionibus, extra actum visitandi, atque audiendi Confessiones, valeant Regularium Superiores, & quoque Confessarii alloqui Moniales, nec non ad colloquia accedere, invenitur decisum à S. C. C. recentius in Mediolanensi. 12. Julii 1738. ad primum dubium, videlicet quod Superior Regularis, vel ipsius Delegatus possit, & debeat intervenire contractibus per Moniales initos; eisdem privative consensus præbere, absque licentia, & intervenitu Protectorum, quatenus Moniales sint Regularibus subjectæ: inter fol. publicæ pag. 90. quod idem probatum legitur in fol. ejusdem Mediolanensi. antea expositæ sub die 27. Maji ipsiusmet anni pag. 82. Porro in fine. Et quia forte prætendebant Episcopi, sive Ordinarii, Superioribus Regularibus in hujusmodi casibus necessariam præbere licentiam; oppositum habetur litidem resolutum in Litiensi. Clausura 22. Septembris anno 1742. ad dub. 18. & 19. Nempe, quod Regularis Superior in quibuscumque contractibus, tam activis, quam passivis per Notarium in locutorio monasteriorum suo Ordinali subjectorum rogatione eorumdem possit interesse eisdem contractibus, absque licentia Episcopi, & in absentia Superioris Regularis, Confessarius remaneat Vicarius dictorum monasteriorum: inter fol. publicæ ejusdem anni pag. 136. & seq. Hæc ille præcisè verbis. Vide tom. 8. in Appendic. ad decreta S. C. C. ubi habentur omnia resoluta dubia in dicta Lycien. Clausura 22. Septembris 1742. Hic observanda venit novissima encyclica epistola Benedicti XIV. quæ sequitur. Lettera circolare della Santità di nostro Signore Benedetto Papa XIV. à gli Arcivescovi, Vescovi, ed Ordinari dello Stato Ecclesiastico, Sopra l'accesso a' monasteri delle Monache, che da alcuni si fa senza le opportune licenze.

BENEDICTUS PAPA XLV.

10 **N**on saluem, & Apostolicum Benedictionem, non est  
 11 **N**on senza grave molestia dell' animo nostro ci è  
 12 stato da persone degne di fede riferito portarsi alle  
 13 volte i Prelati locali Governatori delle città del nostro  
 14 stato a' monasteri delle Monache, è parlare ancora  
 15 liberamente con esse, senza aver chiesta, ed ottenuta  
 16 l'opportuna licenza de' Vescovi, ed Ordinari de'  
 17 luoghi, contravvenendo alle disposizioni sinodali, o  
 18 costituzioni episcopali, nelle quali vien prescritto sor-  
 19 to le dovute pene il non accostarsi a' monasteri delle  
 20 Monache, è parlare con esse, senza le opportune li-  
 21 cenze; è lo stesso praticarsi anche da Prelati, è Go-  
 22 vernatori, che essendo Governatori d' una città, per  
 23 qualche loro contingenza passano per un' altra andan-  
 24 do nella stessa maniera a' monasteri delle Monache:  
 25 pretendendo tutti i predetti di fare quanto fanno col  
 26 fondamento d'esser esenti dalle particolari costituzi-  
 27 onzi de' Vescovi, ed Ordinari, che proibiscono l'ac-  
 28 cesso delle Monache senza le opportune licenze. Nè  
 29 noi abbiamo avuto difficoltà di prestar fede alle rela-  
 30 zioni, ed esposizioni, che ci sono state fatte; avendo  
 31 pur troppo, mentre eravamo Vescovo di Ancona, è  
 32 governavamo come Arcivescovo la città di Bologna,  
 33 stando a piè fermo in essa, veduto con nostro grave  
 34 indispicere succedere così sotto gli occhi nostri, poco  
 35 nulla curando le nostre ammonizioni, ancorchè fat-  
 36 te con qualche calore.

37 **N**on può negarsi, che nulla, o poco vi sarebbe  
 38 da fare, se si avessero presenti le risoluzioni fatte da  
 39 questi nostri tribunali, ed approvate ancora da' nos-  
 40 tri predecessori; avendo essi pensato a tutto ne' tem-  
 41 pi passati, ed avendo essi in altri tempi anche savia-  
 42 mente provisto a tutto: ma perchè per lo più esse non  
 43 si fanno, o se si fanno, si prende l'impegno d'ope-  
 44 rare a' capriccio, resta il peso in chi attualmente go-  
 45 verna di rimetterle nella memoria degli uomini, ed in-  
 46 culcarne l'osservanza.

47 **N**e' tempi passati non solo le Sacre Congregazioni  
 48 coll' approvazione de' Sommi Pontefici nostri prede-  
 49 cessori hanno stabilito quanto era duopo in ordine agli  
 50 accessi de' Regolari, che col fondamento della loro  
 51 esenzione pretendevano di potere andare a' monasteri  
 52 delle Monache sottoposte alla loro giurisdizione senza  
 53 l'opportuna licenza del Vescovo, come può vedersi nel  
 54 nostro trattato de' *synodo al lib. 7. c. 31. n. 7.* ove sono  
 55 indicate, è riferite le accennate risoluzioni: ma altresì  
 56 hanno pensato, è provisto al caso non che de' Prelati,  
 57 ma de' Governatori, ma de' Vescovi, che è passato, o per  
 58 accidente si ritrovano dimoranti in qualche altra città,  
 59 o luogo ad altro Vescovo sottoposto, ed hanno deter-  
 60 minato, che non possano andare a' monasteri delle  
 61 Monache, è parlare con esse senza prima aver fatte  
 62 le dovute parti coll' Ordinario del luogo; è queste in-  
 63 dividue risoluzioni sono anche indicate dagli Autori  
 64 moderni, come può vedersi nel Pellizzorio de' *Monia-*  
 65 *libus cap. 5. sect. 5. n. 210.* nel Graziano *discept. 192.*  
 66 *num. 1.* nel Tamburino *de jure Abbasarum disp. 25.*  
 67 *quest. 2.* è nel Ferraris *nella sua Biblioteca tom. 5. in*  
 68 *verbis.* Moniales art. 4. num. 34.

69 **L**a custodia della clausura delle Monache viene  
 70 commessa dalle disposizioni canoniche al jus ordinario  
 71 del Vescovo locale ne' monasteri a lui sottoposti, ed  
 72 al jus delegato ne' monasteri esenti, come fu stabilito  
 73 dal nostro predecessore Papa Bonifazio VIII. nel cap.  
 74 *Pericoloso, de statu Monacharum in sexto,* che fu rin-  
 75 novato dal Sagro Concilio di Trento nel c. 5. *sess. 25.*  
 76 *de Regularibus & Monialibus;* effetto, è sequela di  
 77 questa custodia della clausura è la proibizione, che  
 78 veruno si accosti ai monasteri delle Monache, è parti-  
 79 colarmente esse senza la dovuta permissione, è licenza del  
 80 custode, il che porta seco, dover ciascheduno chie-  
 81 derla, ed otteniarla per poter andare ai monasteri, è  
 82 parlare colle Monache, è restare tutti sottoposti all'

autorità direttiva della proibizione, come discorro-  
 no i citati Autori, è come ancora si desume dalle pas-  
 sate risoluzioni. Queste sono da Noi pienamente ap-  
 provate, è quando mai ve ne fosse bisogno (il che  
 non crediamo) anche per via di nuova legge determi-  
 niamo non poter i Vescovi, che sono fuori della loro  
 residenza, andare ai monasteri delle Monache situati  
 in altre diocesi, è parlare con esse senza la dovuta  
 licenza dell' Ordinario locale, è nemmeno non potere i  
 Vicelegati, è i Governatori locali ancorchè Prelati,  
 andare ai monasteri delle Monache situati nel loro  
 governo senza la predetta licenza, nè tampoco ai mo-  
 nasteri situati fuori del loro governo in altri luoghi,  
 nè quali abitassero, o pe' quali in occasione di viag-  
 gio fossero obbligati a' passare.

Poc' anzi s' è detto, essere tutti questi sottoposti  
 all' autorità direttiva delle costituzioni de' Vescovi  
 proibenti l' accesso ai monasteri delle Monache senza  
 l'opportuna licenza: perchè essendo i predetti esenti  
 dalla loro giurisdizione ordinaria, restano esenti dalla  
 forza coattiva della loro giurisdizione, ch' è lo stesso  
 che dire, dalle pene da essi imposte contro i tras-  
 gressori, giusta la risposta del nostro predecessore  
 Clemente III. nel cap. *A nobis 31. de sententia ex-*  
*communicationis.* Ed acciò da questa esenzione non  
 derivi qualche inconveniente, nel caso di cui si trat-  
 ta, ordiniamo, che quando mai in avvenire (il che  
 non crediamo) succedesse, che taluno de' supradetti  
 andasse ai monasteri delle Monache, è parlasse con  
 esse senza la loro licenza contro lo stabilito ne' sino-  
 dali episcopali, o nell' episcopali costituzioni, o  
 bandi, ne diano parte a Noi, o alla Congregazione  
 de' Vescovi, è Regolari, che non si lascierà di pren-  
 dere le dovute misure per vendicare l' autorità vesco-  
 vile dispregiata: E tanto più volentieri ci applichia-  
 mo a questo temperamento, perchè lo vediamo abbrac-  
 ciato, è stabilito, nel caso di doversi procedere dagli  
 Ordinari contra gli esenti, ed immediatamente sog-  
 getti alla Sede Apostolica, dal nostro predecessore  
 Giovanni XXII. nel cap. *Cum Mathæus, de hereti-*  
*cis, nelle stravaganti comuni.* Ed ecco quanto abbia-  
 mo creduto necessario di dover fare. Resta ora a voi  
 venerabile Fratello, il conservare nella vostra Can-  
 cellaria questa nostra lettera, notificarne il tenore  
 nella maniera che crederete più propria à chiunque  
 deve essere notificata, pubblicandola in quel modo,  
 che vederete opportuno; ed invigilare per l' esecu-  
 zione della medesima, mentre noi abbracciandovi,  
 diamo à voi, ed al gregge alla vostra cura commesso,  
 l' apostolica benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorum die  
 trigesima prima Octobris millesimo septingentesimo  
 quadregesimo nono, Pontificatus nostri anno decimo.

Plures hic occurrunt questiones, exque frequen-  
 tissime. Prima est, an Episcopus, vel alter Superior Or-  
 dinarius concedere valeat Regularibus quibuscumque,  
 etiam non conjunctis in primo & secundo gradu, licen-  
 tiam alloquendi Moniales? Tractat inter alios hanc ques-  
 tionem P. Gaudent à Janua de *visitat. tom. 1. cap. 4.*  
*dub. 11. sect. 4. num. 28.* & affirmativam tenet senten-  
 tiam. Præcipue ex hoc movetur, quod Sacra Congrega-  
 tio Concilii interpretes anno 1669, & rursus anno 1679,  
 decrevit, Regulares alloquentes Moniales, sine licentia  
 Ordinarii, puniendos esse ab eodem Ordinario, & pec-  
 care mortaliter. Hinc enim inferit d. Sacram Congrega-  
 tionem supponere, quod Ordinarius valeat Regularibus  
 licentiam concedere alloquendi Moniales. Sed quidquid  
 in utraque partem in hac questione dici possit, videtur  
 amplectenda hæc affirmativa sententia, attenda praxi: nam  
 ubique fere locorum Ordinarii licentias hæcse alloquendi  
 Moniales concedunt Regularibus.

Altera questio est, an pœna statuta contra Regula-  
 res alloquentes Moniales, sine licentia Ordinarii, locum  
 sibi vindicent, si Regulares, sine licentia Ordinarii, no-  
 vitias, edpucandas, & inservientes, quæ in monasteriis  
 cum

cum Monialibus degunt, alloquantur? Affirmative au-  
 tem cum *Auctore num. 49.* respondendum videtur, at-  
 tentis decretis anno 1623, & 1669. editis à Sacra Con-  
 gregatione Concilii interprete, jusque à S. Sede appro-  
 batis, in quibus disertis verbis habetur, hæud posse Re-  
 gulares, sine debita licentia, alloqui Moniales, seu alias  
 quaslibet personas intra clausuram degentes, meritoque  
 Pater Gaudentius à Janua de *visitat. tom. 1. cap. 4. du-*  
*bit. 11. sect. 4. num. 29.* reprehendit Gratium, Dona-  
 tum & Monacellum tenentes, sub prohibitione alloquen-  
 di Moniales non venire novitias.

Tertia questio est, an Ordinarius Regulares allo-  
 quentes Moniales punire possit aliis pœnis, præter illas  
 contentas in decretis SS. Congregationum? Et quidquid  
 contradicat P. Gaudentius à Janua de *visitat. tom. 1.*  
*cap. 4. dubit. 11. sect. 4. num. 29.* verior videtur sen-  
 tentia affirmativa Monacelli *formul. legal. præf. tom. 1.*  
*tit. 11. form. 18. num. 5.* utpote innixa pluribus reso-  
 lutionibus Sacrarum Congregationum ab ipso allegatis:  
 Et convenit etiam *Auctor num. 42.* ¶

ARTICULUS V.

Moniales quoad ea, que concernunt earum confessarios, tam Ordinarios, quam Extraordinarios.

SUMMARIUM.

- 1 **M**ONIALIUM Confessarii eligi debent, & appro-  
 bari ab Episcopo loci pro monasteriis sibi subiectis.
- 2 **P**ro monasteriis autem Regularibus subiectis eligi,  
 & deputari debent à suis respective Superioribus  
 Regularibus; ab Episcopo diocesano debent idonei  
 judicari, & approbati.
- 3 **P**otest tamen Episcopus in aliquibus casibus depu-  
 tare Confessarium Secularem, seu Regularem etiam  
 alterius Religionis Monialibus exemptis.
- 4 **Q**uod Episcopus in casu negligentie Superiorum  
 possit deputare Confessarium extraordinarium Mo-  
 nialibus Regularibus subiectis, decrevit expresse  
 Sacra Congr. Concilii.
- 5 **I**nsuper potest Episcopus ex justa, & rationabili  
 causa Superiores Regulares admonere, ut ejus-  
 modi Confessarios amoveant, & si Superiores id  
 facere detrectent, aut negligant, potest ipse præ-  
 dictos Confessarios amovere quoties, & quando  
 opus esse judicaverit.
- 6 **N**ec Episcopus tenetur ejusmodi causam significare  
 Superioribus Regularibus.
- 7 **C**onfessiones Monialium sibi subiectarum audite à  
 Confessariis Regularibus sine approbatione Epis-  
 copi sunt irritæ, & nullæ.
- 8 **N**eque Superiores quicumque, etiamsi sint Genera-  
 les, possunt sine approbatione Episcopi audire  
 confessiones Monialium sibi subiectarum.
- 9 **L**icet idem Confessarii sint generaliter approbati ab  
 Episcopo ad audiendas confessiones secularium,  
 adhuc est eis necessaria approbatio pro Monialibus  
 sibi subiectis.
- 10 **N**ec approbati ab Episcopo ad audiendas confes-  
 siones Monialium unius monasterii, censentur appro-  
 bati ad audiendas confessiones Monialium alterius  
 monasterii.
- 11 **E**tiam Confessarii extraordinarii indigent speciali  
 approbatione Episcopi.
- 12 **N**ec semel approbati censentur semper approbati.
- 13 **N**ec in vim unius approbationis possunt plures  
 Monialium etiam ejusdem monasterii confessiones  
 audire, sed toties debent ab Episcopo approbati,  
 quoties casus deputacionis contigerit.
- 14 **I**mmo tales Confessarii indigent approbatione Ordi-  
 narii ad audiendas confessiones Monialium sibi  
 subiectarum, non obstante etiam contraria consue-  
 tudine immemorabili.
- 15 **C**onfessarii non approbati specialiter ad audiendas  
 confessiones Monialium, neque earum confes-  
 siones audire, neque tempore jubilæi,

- 16 **A**pprobatus pro Monialibus unius monasterii, ne-  
 que tempore jubilæi censetur approbatus pro Mo-  
 nialibus alterius monasterii.
- 17 **C**onfessarius presentatus ad excipiendas confes-  
 siones Monialium Regularibus subiectarum debet,  
 vel absolute rejici, vel per totum triennium ap-  
 probari, non vero ad tempus brevius.
- 18 **N**ulla ex Monialibus subiectis Regularibus sentiens  
 se non gravatam mortali culpa potest de venialibus  
 valide confiteri sacramentaliter cuicumque Sa-  
 cerdoti non approbato ab Ordinario.
- 19 **C**onfessarii Monialium durare possunt solum trien-  
 nio, quo elapso, non possunt amplius audire con-  
 fessiones in eodem monasterio per aliud tempus  
 absque licentia Sacre Congregationis, aliàs de-  
 clarantur suspensi ab audiendis confessionibus.
- 20 **Q**uod habet locum etiam in Confessario conservato-  
 rii puellarum, ac aliarum quarumcumque nu-  
 licrum.
- 21 **C**onfessarii vero Dominicani, & Carthinenses non  
 possunt durare in hujusmodi officio nisi per bien-  
 nium.
- 22 **S**i autem esset quis deputatus Confessarius ad ali-  
 quot menses per modum supplementi, poterit iste  
 in generali deputacione confessoriarum, que postea  
 fiet, ab Ordinario eligi in Confessarium ejus-  
 dem monasterii ad integrum triennium.
- 23 **C**onfessarius, si expleto triennio, ex dispensatione  
 Sacre Congregationis, eligatur ad aliud trien-  
 nium, non potest rursus expleto secundo triennio  
 absque alia dispensatione eligi ad tertium trien-  
 nium.
- 24 **C**onfessarii Monialium esse non possunt qui sunt Vi-  
 carii Generales.
- 25 **N**eque Parochi, si exinde cura notabiliter pateretur.
- 26 **N**eque Minores conventuales.
- 27 **N**eque Observantes provincia reformatæ S. Antonii  
 Lusitania.
- 28 **E**t generaliter Regulares, non solum non possunt  
 esse Confessarii ordinarii, sed neque Capellani  
 Monialium Ordinario subiectarum.
- 29 **U**nde Ordinarii non possunt uti opera Confessario-  
 rum Regularium, etiam pro Confessariis extraor-  
 dinariis, nisi in casu necessitatis.
- 30 **S**ic etiam Parochi licet ordinarie non possint depu-  
 tati Confessarii Monialium, possunt autem, si  
 exinde cura notabiliter non patitur.
- 31 **S**ic pariter licet regulariter Canonicus Penitentia-  
 rius non possit deputari Confessarius Monialium,  
 ubi non valeat utriusque muneri satisfacere, potest  
 tamen deputari, ubi valet utrumque munus ad-  
 implere.
- 32 **P**ræter Confessarium ordinarium debet etiam alius  
 extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus  
 bis, aut ter in anno Monialibus offerri.
- 33 **P**otest tamen Confessarius extraordinarius eis con-  
 cedi à Superioribus per plures vices, quam ter in  
 anno.
- 34 **M**oniales nequeunt recusare unum Confessarium ex-  
 traordinarium, seu ordinarium, & alium petere,  
 nisi assignata justa causa recusatōis.
- 35 **P**ossunt tamen Moniales etiam sine causa recusare  
 Confessarium extraordinarium, nullam alium loco  
 ipsius petendo.
- 36 **M**oniales, quomvis, si nolint, non teneantur om-  
 nes Confessario extraordinario confiteri, tamen co-  
 ram ipso debent omnes successive comparere, etiam  
 que confiteri nolunt.
- 37 **A**dducitur ad id editum pro Monialibus urbis, man-  
 dante Clemente XI. editum.
- 38 **C**onfessarius extraordinarius nunquam datur pro  
 Moniali particulari.
- 39 **N**ec perpetuus, neque ad tempus.
- 40 **N**isi per sacram Penitentiarum pro una vice tan-  
 tum, vel de licentia Sacre Congregationis.
- 41 **P**otest tamen Episcopus ex aliqua speciali ratione  
 concedere extraordinarium alicui Moniali particu-

- 42. Confessarius extraordinarius potest deputari à Superioribus quolibet anni tempore, & ad dies sibi bene visos, prout suadent circumstantia hic; & nunc concurrens.
- 43. Dies autem determinati, si non obstat vel consuetudo, vel statutum aliquod particulare, incipiunt currere à die capiti exercitii.
- 44. Tempore deputationis Confessarii extraordinarii expedit, quod Ordinarius non accedat ad monasterium. Immo pro monasteriis urbis hoc precipitur expresse omnibus Confessariis sub gravissimis penis.
- 45. Sic etiam expedit, quod Confessarii omnes, tam ordinarii, quam extraordinarii, completo suo officio, & ministerio, non amplius ad dicta monasteria accedant, neque ob motum directionis, & conferentia spiritualis. Immo pro monasteriis urbis hoc expresse precipitur omnibus dictis Confessariis sub gravissimis penis.
- 46. Prelati Regulares in regnis Hispaniarum tenentur saltem semel in anno deputare pro monasteriis sibi subiectis Confessarium extraordinarium, aut secularem, aut regularem alterius ordinis, aliàs ipsum poterunt deputare Episcopi.
- 47. Et quod pro Monialibus subiectis Regularibus deputentur Confessarii extraordinarii, etiam qui ejusdem ordinis non sunt Regulares, jam decreverat Sac. Congreg. in Neapolitana.
- 48. Confessarii & Capellani Monialium possunt celebrare missas sanctorum, de quibus ipsa recitant officium, sed cum missali romano, & de communi.
- 49. Confessarii debent esse in etate supra quadraginta annos.
- 50. Socii autem Confessariorum debent esse in etate supra quinquaginta annos.
- 51. Confessarii Monialium non possunt ingredi claustrum ad peragendum officium funeris.
- 52. Aliis omnes culpabiles incurrunt excommunicationem violatè claustrum.
- 53. Neque consuetudo excusat à censura inflicta adversus violatores claustrum, nec ab ea, que infligitur ab Alexandro VII. nec Episcopi, & alii Superiores possunt ad id licentiam concedere.
- 54. Confessarius Monialium claustrum ingressus ad administranda Sacramenta, debet ire, & redire recta via absque diverticulo, nec potest in alia parte divagari, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio non est necessaria.
- 55. Cum aliqua Monialis labores in extremis, conceditur Confessario pernociatio in mansione prope monasterium extra claustrum, ut ingruente necessitate illico præsto esse possit vocatus.
- 56. Dum Confessarius Monialis infirmam confessionem audit, celle janua debet remanere aperta, & ambæ comitricæ debent morari ad ejusdem celle januam, ita ut Confessarius & infirma ab eis commode cerni possint.
- 57. Confessarii quoties tempore etiam de nocte in casu necessitatis possunt claustrum ingredi.
- 58. Confessarius non potest ingredi claustrum ad audiendam confessionem illius infirmæ, que potest accedere ad sedem confessionalem.
- 59. Confessarii nullatenus ingredi possunt claustrum prætextu comitandi operarios, medicos, chirurgo, vel alios.
- 60. Confessarii non possunt ingredi claustrum ad contempnendum cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore.
- 61. Confessarii nequeunt ingredi claustrum ad exorcizandam Monialem energumenam.
- 62. Confessarius non potest ingredi claustrum Monialium ad inibi missam celebrandam.
- 63. An Confessarius ingredi possit claustrum ad sumendam particulam consecratam ipsi in actu communicandi Moniales in ecclesiam interiorem elapsam.

- 64. Confessarius Monialium, etiam Regularis, non indiget speciali licentia ad ingrediendum pro necessitatibus sui officii, modo pro monasterium non cogatur, sed expleto ministerio, statim exeat, Confessarius debet ingredi cum cotta & stola, & non aliter.
- 65. Confessarii Monialium quamvis generaliter debent ingredi absque socio pro ministerio Sacramentis infirmis Monialibus; tamen hodie Confessarius Regularis, non obstante antiqua consuetudine, absque socio ingredi non debet, sed debet ei assignari socius, qui ipsi assistat, & sit etatis ultra quinquaginta annos.
- 66. Confessarius Regularis Monialium, ejusque socius (confessionis, ac Sacramentorum administrationis casibus exceptis) eadem Moniales absque Sacramento Congregationis licentia alloqui non possunt.
- 67. Confessarii extraordinarii Monialium à monasterio, in quibus degunt, qui religionis oneribus pro eo tempore dumtaxat, quo confessionibus audiendis occupantur, excusantur.
- 68. Habitatio Confessarii licet debeat esse vicina, non tamen sit contigua, seu conjuncta monasterio, sed ab eo disjuncta, non solum per parietes, sed etiam per tellus.
- 69. Confessarii Monialium debent audire confessiones ex sede confessionali collocata, non quidem in sacristia, aut alio occulto loco, sed in ipsa ecclesia exteriori.
- 70. Confessarius Monialium certa annua merces constituitur debet, que juxta morem, & qualitatem Religionis vicium illius sufficit, eademque merces manasterio, in quo degit idem Confessarius, si Regularis sit, perhibetur.
- 71. Unde Confessarius accipere non debet à Monialibus vicium dictum, nec utilitatem, vel lineam supplementem, sed tantummodo annuam provisionem.
- 72. Que non excedat duos fultros pro quolibet die.
- 73. Confessarii Monialium nullo modo possunt comedere, refecti, aut cibum sumere in eorum monasteriis, seu in locis, ubi sunt crates, vel rote in monasterium responderes, vel in locis alio vicinis, ut videri, vel audiri possint à Monialibus, neque ante portam claustrum.
- 74. Confessarii Monialium an possint esse absolvi in foro conscientie à censuris occultis, & penis Papæ reservatis, remissive.
- 75. Ad absolvendum Monialem repentino accidenti correptam, & jam jam animam agentem, in defectu sui proprii Confessarii, potest licite quilibet alius Confessarius, seu simplex Sacerdos prope monasterium existens, seu casualiter transiens, claustrum ingredi sine ulla licentia expressa, & tali moribunde beneficium absolutiois impertiri.
- 76. Confessarius sollicitans Monialem est denunciandus Episcopo, vel Inquisitori.
- 77. Monialis sollicitata, si nolit denunciare Confessarium sollicitantem, non potest absolvi.
- 78. Monialis recusanti denunciare, non potest Confessarius protrahere terminum ultra tempus vi edicti præfixum; censent tamen plures Doctores posse ei concedi tempus consulendi peritiores, dummodo id brevi præstetur, & interim data fide denunciandi, posse absolvi.
- 79. Monialis recusans denunciare pro nimia verecundia alloquendi Episcopum, vel Inquisitorem, seu pro timore, ne detegatur, aut alio simili respectu, potest denunciare per internum, seu per Confessarium.
- 80. Alia de hac re, remissive.
- 81. His juxta addere novissimas resolutiones Sacre Congregationis Concilii, sed quoad duas ultimas attendenda est posterior dispositio Benedicti XIV. ad num. 85.
- 82. Adit. ex aliena manu, ad num. 92.

MONIALIUM Confessarii non possunt eligi ab Universitate, nempe ab ipsis Monialibus, sed eligi debent, &

- & approbati ab Episcopo loci pro monasteriis sibi subiectis; Sac. Cong. Episc. & Reg. in Lauret. 20. Sep. 1588. in Tuscul. 25. Octobr. 1661. in Regien. 4. Sep. 1602. in Vallisolerana 26. Octobr. 1602. Pro monasteriis autem Regularibus subiectis eligi, & deputari debent à suis respective Superioribus Regularibus, arg. ex Conc. Trid. sess. 25. de Regul. & Monialib. cap. 10. & ex Clement. Dudum, de Sepulturis §. Statutum; & ex const. Gregorii XV. incip. Inscrutabili: Sed tamen debent ab Episcopo Diocesano idonei judicari, & approbati, ut expresse statuit dict. Gregorius XV. in cit. const. Inscrutabili, ibi: "Confessores vero, sive Regulares, sive Seculares, quomodocumque exempti, tam Ordinarii, quam Extraordinarii, ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subiectarum audiendas nullatenus deputari (scilicet per Superiores Regulares) valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant."
- Potest tamen Episcopus in aliquibus casibus deputare Confessarium Secularem, seu Regularem etiam alterius Religionis Monialibus exemptis, quando scilicet nulla ratione induci possunt, ut peccata sua Regularibus confiteantur; Sac. Cong. in Regien. apud Pigmetelli tom. 8. consuli. 53. num. 5. Vel si injuste denegent Confessarii à proprio Prelato; ead. Sac. Cong. ex Naldo verb. Episcop. num. 13. & sequitur D. Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium cap. 6. §. 13. q. 1. Et quod Episcopus in casu negligentie Superiorum possit deputare Confessarium extraordinarium Monialibus Regularibus subiectis, decrevit expresse Sac. Cong. Conc. in Carduen. 12. Julii 1618. ubi cum ad instantiam Monialium S. Clare quaesitum esset: "An habere possint Confessarium extraordinarium ab Episcopo Diocesano, non obstante contradictione Superiorum Regularium, quibus eadem Moniales subijciuntur? Respondit: "Habere posse Confessarium extraordinarium ab Episcopo Diocesano in casu negligentie Superiorum Regularium." Sic apud Monac. p. 2. tit. 15. formul. 15. n. 6.
- Insuper potest Episcopus ex juxta, & rationabilibus Superioris admonere, ut ejusmodi Confessores amoveant, & si Superiores id facere detrectent, aut negligant, potest ipse prædictos Confessores amovere, quoties, & quando opus esse judicaverit: sic expresse statuit Gregorius XV. in dict. const. Inscrutabili: ibi: "Licetque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque administratores amoveant; iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores & administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit."
- Nec Episcopus tenetur ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, ut expresse decrevit Sac. Cong. Concil. in responsione ad duodecimum ex dubiis circa dictam constitutionem Gregorii XV. incip. Inscrutabili: resolutis, approbante eodem Gregorio XV. & Urbano VIII. qui dictas suspensiones, & declarationes typis camerabilibus imprimi jussit de anno 1623. apud Barbosam super Concil. Tridentin. sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 5. à num. 7. Vagnan. lib. 5. decret. in cap. Cum Capella de privileg. in fine, & apud Tamb. de Monial. disp. 26. quest. 3. Dicitur autem dubium duodecimum conceptum erat his verbis: "Duodecimum in eadem constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares amovere, ut amoveant Confessores Monialium, atque administratores bonorum ad earumdem Monialium monasteria pertinentium; iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit; an ejusmodi causam Episcopus significare teneatur? Respondit: Ad duodecimum non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc reliqui arbitrio, & prudentie Episcoporum, quorum conscientias Sacra Congregatio serio oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur ejus rei in dispendio Dei-judicio rationem redduntur."

- Confessiones Monialium sibi subiectarum audire à Confessariis Regularibus sine approbatione Episcopi sunt irritæ & nullæ: ead. Sac. Cong. Concil. Vide verb. Approbatio art. 3. num. 3.
- Neque Superiores quicumque, etiam si sint Generales, possunt sine approbatione Episcopi audire confessiones Monialium sibi subiectarum. Vide dict. verb. Approbatio art. 3. num. 4.
- Licet idem Confessarii sint generaliter approbati ab Episcopo ad audiendas confessiones secularium, adhuc est eis necessaria specialis approbatio pro Monialibus sibi subiectis. Vide ib. num. 5.
- Nec approbati ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium unius monasterii censentur approbati ad audiendas confessiones Monialium alterius monasterii. Vide ib. num. 6.
- Etiam Confessarii extraordinarii indigent speciali approbatione Episcopi. Vide ib. num. 7.
- Nec semel approbati censentur semper approbati. Vide ib. num. 8.
- Nec in vim unius approbationis possunt pluries Monialium etiam ejusdem monasterii confessiones audire, sed toties debent ab Episcopo approbati, quoties casus deputationis contigerit. Vide ib. num. 9.
- Immo tales confessarii indigent approbatione Ordinarii ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, non obstante etiam contraria consuetudine immemorabili. Vide ib. num. 10.
- Confessarii non approbati specialiter ad audiendas confessiones Monialium, nequeunt earum confessiones audire, neque tempore jubilee. Vide ib. num. 11.
- Approbatus pro Monialibus unius monasterii, neque tempore jubilee censetur approbatus pro Monialibus alterius monasterii. Vide ib. num. 13.
- Confessarius præsentatus ad excipiendas confessiones Monialium Regularibus subiectarum debet, vel absolute rejici, vel per totum triennium approbati, non vero ad tempus brevius. Vide ib. num. 12.
- Nulla ex Monialibus subiectis Regularibus sentiens se non gravatam mortali culpa potest de venialibus valde confiteri sacramentaliter quicumque Sacerdoti non approbato ab Ordinario. Vide ib. num. 14.
- Confessarii Monialium durare possunt solum triennio, quo elapso, non possunt amplius audire confessiones in eodem monasterio per aliud tempus absque licentia Sacre Congregationis, aliàs declarantur suspensi ab audiendis confessionibus. Sac. Cong. Episc. in Comen. 4. Mart. 1591. in Ragulina 2. Octob. 1626. & 27. Mart. 1647. & sæpe alibi. Quod habet locum etiam in confessorio conservatorii puellarum, vel altarum quarumcumque mulierum: ead. Sac. Cong. Episc. 18. Mart. 1649. & in Lucenti 25. Julii 1665. Confessarii vero Dominicani, & Cassinenses non possunt durare in hujusmodi officio audiendi confessiones Monialium, nisi per biennium ex eorum constitutionibus: ead. Sac. C. Episc. 17. Novemb. 1645. & 8. Junii 1657. Si autem esset quis deputatus Confessarius ad aliquot menses per modum supplementi, poterit iste in generali deputatione Confessariorum, quæ postea fiet, ab Ordinario eligi in Confessarium ejusdem monasterii ad integrum triennium, quia prohibitio Sacre Congregationis de non eligendo Monialium Confessario ultra triennium, cum sit odiosa, benigne, & in mitiorem partem est interpretanda, arg. cap. Odia 15. de regul. juris in 6. & cap. In penis 49. eodem in 6. ita ut intelligatur de deputatione Confessarii ordinaria, non autem de ea, quæ fit per modum supplementi; sic expresse D. Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium cap. 6. §. 6. quest. 3. & alii.
- Confessarius, si expleto triennio ex dispensatione Sacre Congregationis eligatur ad aliud triennium, non potest rursus expleto secundo triennio absque alia dispensatione eligi ad tertium triennium: vide verb. Abbatissa num. 43. ubi sic fuit dictum in simili de ipsa confirmata ad aliud triennium per dispensationem, & fuit conclusum non posse eligi ad tertium triennium sine nova dispensatione, & fuit ad id altarum decretum Sacre Cong. deputata ab Innocentio XII. pro causis Congre-

gationis Catinensis 26. Feb. 1694. in responsione ad quatuor dubia.

24 Confessarii Moniales non possunt esse Vicarii Generales, quia Moniales de ipsis non confiderent; Sac. Congreg. Episcop. in Sorana 23. Julii 1587. in Mutinensi 3. Febr. 1597. Neque Parochi, si exinde cura notabiliter pateretur; eadem Sac. Congr. Episc. in una Venetiarum 26. Julii 1594. in Parmensi 7. Martii 1652.

25 in Taurinensi 2. Aug. ejusdem anni, & saepe alibi. Neque Minores conventuales, quibus id prohibitum fuit à S. Pio V. Eadem Sac. Cong. Episc. & Reg. in Ortonensi 30. Jan. 1599. & in Neapolit. 20. Mart. 1621. Neque Observantes provincie reformatæ S. Antonii Lusitania, quibus prohibitum fuit à Sac. Cong. sub die 7. Nov. 1653.

26 Et generaliter Regulares, non solum non possunt esse Confessarii Ordinarii, sed neque Capellani Monialium Ordinario subjectarum; Sac. Congreg. Episc. in Pistorien. 16. Maji 1653. Unde Ordinarii non possunt uti opera confessoriorum Regularium etiam pro confessariis extraordinariis, nisi in casu necessitatis: ead. Sac. Congreg. Episc. 18. Decemb. 1601. apud Nicol. in fosc. verb. Moniales numer. 38. & sub die 1. Octob. 1602. apud Barbosa lib. Juris eccles. univ. cap. 44. n. 127. Et ad id Tamburin. loc. cit. num. 4. refert pariter duas epistolas Sacre Congregationis directas Patriarchæ Veneto, in quarum prima 12. Maji 1617. ei prohibuit, ne Regulares sine licentia Sacre Congregationis deputaret Confessarios Monialium sibi subjectarum, & in altera die 7. Junii 1620. eidem concessit, ut ob penuriam Sacerdotum secularium posset prædictos Regulares deputare ad subeundum munus prædictum.

27 Sic etiam licet Parochi, ex dictis supra numer. 25. non possint regulariter deputari Confessarii Monialium, possunt tamen, si exinde cura notabiliter non patiatur; & ad id Tamburin. loc. cit. num. 4. refert pariter duas epistolas Sacre Congregationis directas Patriarchæ Veneto, in quarum prima die 17. Martii 1592. id ei prohibuit propter præjudicium parochianorum, & detrimentum animarum, & in altera die 22. Febr. 1593. id ei concessit, ubi non adsit tale præjudicium, & detrimentum animarum, idem etiam concessit Sac. Congr. Concil. in una Salutarum in responsione ad primum die 20. Sept. 1642. Sic pariter licet regulariter Canonici Penitentiariorum non possint deputari Confessarii Monialium, ubi non valeat utriusque muneri satisfacere, ex adductis à Pignatelli. tom. 7. consulti. 13. à num. 11. potest tamen deputari, ubi valeat utrumque munus adimplere, ut censuit Sacra Congreg. Concilii in Januensi. 11. Septemb. 1666. apud eundem Pignatelli. l. cit. num. 4.

28 Præter Confessarium Ordinarium debet etiam alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno Monialibus offerri; sic expresse statuit Concilium Trident. sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 10. ibi: "Præter ordinarium autem Confessorem alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offeratur." Potest tamen Confessarius extraordinarius eis concedi à Superioribus per plures vices, quàm ter in anno, quia Concilium Tridentinum statuendo, quod Confessarii extraordinarii offerantur bis, vel ter in anno, non limitat Superiorum facultatem solum ad tres vices, sed solum indicat, quod per pauciores vices non debeat, non autem quod per plures non possit; sic decisum fuisse refert ex Gallo Bordonus resol. 5. n. 11. Pellizar. de Monialib. cap. 10. num. 250. & alii.

29 Moniales nequeunt recusare unum Confessarium extraordinarium, seu ordinarium, & alium petere, nisi assignata justa causa recusationis; tunc enim, ipsa justa causa interveniente, possunt ipsum recusare, quia is comparatur Parocho, quem ex justa causa populus recusare potest; arg. cap. Ut circa exactiones 4. de elect. in 6. cum similibus; Bordon. in miscellan. decis. 166. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 6. q. 5. & §. 13. quest. 5. & alii passim. Possunt tamen Moniales etiam sine causa recusare Confessarium extraordinarium, nullum alium loco ipsius petendo, quia Confessarius ex-

traordinarius inductus est in eorum favorem; quisque autem potest sine causa juri suo renuntiare; cap. Si diligenti 12. de foro competent. & cap. Si de terra 6. de privilegiis, ibi: Cum liberum sit cuique juri suo renuntiare: Tum quia dicit Regula 61. Juris in 6. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dependentium retorquendum: sic Monacell. part. 1. tit. 9. formul. 4. num. 4. Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 13. quest. 23. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 13. quest. 5. Bordon. in miscellan. decis. 166. Tamburin. loc. cit. disp. 26. quest. 1. num. 8. Pellizar. loc. cit. cap. 16. num. 270. & alii. (Vid. art. 5. verb. Restitutio num. 29.)

30 Moniales quævis, si nolint, non teneantur omnes Confessario extraordinario confiteri, per adducta num. anteced. Tamen coram ipso debent omnes successive se præsentare, etiam quæ confiteri nolunt, ne discerni possit, quænam indigeant, nec ne? Sic expresse statuit Sac. Congr. Episcop. in Tornacensi 19. Octob. 1621. in Canariensi 26. Julii 1651. apud Pignatelli. tom. 6. consulti. 85. num. 235. & novissime mandante Clementi XI. statuit pro Monialibus Urbis Eminentissimus Cardinalis Vicarius Gaspar Carpinus in suo edito 12. Decemb. 1708. quod ut scitu dignum, hic ad literam datur.

E D I C T U M

31 Normam præscribens Confessariis ordinariis & extraordinariis Sanctimonialium quoruncumque monasteriorum alimæ urbis observandam.

Gasparo per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinali di Carpegna, della Santità di nostro Signore Vicario Generale, &c.

"AVENDO determinato il Sacro Concilio di Trento nella sessione 25. cap. 10. de Regular. & Monial. doverci dare alle Monache due, o tre volte l'anno il Confessore straordinario. Qui omnium confessiones audire debeant: Piu volte coll' esempio delle ordinazioni fatte dal glorioso S. Carlo Borromeo, che si leggono negli statuti della chiesa di Milano, è inerendo alle risoluzioni della Sagra Congregazione de' Vescovi di Regulari; affinché la suddetta disposizione del Sagra Concilio abbia pienamente il fine, è l'effetto, per il quale è stata istituita, con vari editi emanati dal nostro tribunale è stato ordinato, che tutte le Monache siano obligate à presentarsi al suddetto Confessore straordinario, & benchè sta in arbitrio loro di confessarsi al medesimo, debbano però far quell'atto, ut monita salutis recipiant, & actum subjectionis exercent. Ed in oltre, che durante la facoltà del detto Confessore straordinario, non debba il Confessore ordinario in qualsivoglia modo impedirlo, nè accostarsi al monastero, è molto meno ascoltare le confessioni di alcuna Monaca, è ciò non giuste, è rilevanti cause, per le quali in qualche Sinodo diocesano si è posta la scomunica ipso facto alli Confessori ordinari, ed alcune religioni per costituzione generale han prohibito con pena gravissima alli Confessori ordinari delle Monache à loro soggette, esse si accostano alli loro monasteri nel tempo, che vi sta lo straordinario; che però la Santità di nostro Signore inerendo alle suddette disposizioni ordina à comandata alle RR. Madri Superiori, è Monache di tutti gli monasteri, è conventi di quest' alma città, ed anche agli stessi Confessori ordinari, è straordinari delle medesime le cose infrascritte.

Primo, che in occasione, che si concede secondo il solito il Confessore straordinario à qualche monastero, debbano, come sopra, presentarsi al medesimo tutte le Monache, incominciando dalla Superiora, le novitie, educande, ed altre secolari, che colle dovute licenze vi dimorano, sotto pena alla Superiore della privazione del loro officio, ed alle Monache della privazione della voce attiva, è passiva per un anno; siccome sta disposto dall' edito emanato sotto li 18. Luglio 1603. d'ordine della san. mem. di Clemente VIII.

dalle secolari sotto pena di esser licenziate dal monastero.

Secondo, che per tutto il tempo, che avrà la facoltà concessa al Confessore straordinario, non ardisca il Confessore ordinario in qualsivoglia modo impedirlo, nè accostarsi al monastero, è molto meno sentire le confessioni di alcuna Monaca, ancorchè sia la Superiora, novizia o conversa, nè di altra persona, che dimora nell' istesso monastero, nè queste debbano confessarsi al medesimo, sotto pena della privazione dell' officio al detto Confessore, ed alle Monache sotto le pene suddette, come parimente fu ordinato nel medesimo edito.

Terzo per conservare la pace nelli monasteri, è per buona direzione, è profitto spirituale delle Religiose, ordina la Santità sua alle Monache, è secolari suddette sotto le medesime pene, ed à tutti li Confessori ordinari, è straordinari, secolari, è regolari, di qualsivoglia monastero di quest' alma città, sotto pena di carcere ed altre ad arbitrio, che finito, è terminato, che hanno il loro officio, non debbano piu accostarsi alli monasteri, nelli quali hanno sentito le confessioni sacramentali, nè tenere corrispondenza con qualsivoglia Monaca, inclusa anche la Superiora, novizia, educanda, o altra, che dimora nelli suddetti monasteri, benchè sia perlettere, ed in materie di spirito: essendosi osservato coll' esperienza, che simili corrispondenze, è direzioni spirituali partoriscono confusione, è scissure nelle comunità religiose, è quel ch' è più, la poca obbedienza alli Confessori ordinari, è straordinari attuali.

Finalmente la Santità sua ordina, che il presente edito sia universale à tutti li monasteri, è case d' Oblate di quest' alma città, anche quelli governati da' Regolari, è che hanno protettori particolari, ancorchè fossero gli Eminentissimi Sig. Cardinali.

Volendo, che il presente ordine intimato, che sarà alli monasteri, è loro Confessori, con lasciare la copia, o l' esemplare, che dovrà star sempre affixo nel monastero, è nella stanza del Confessore, abbia la medesima forza, come se fosse à ciascheduno, o à ciascheduna personalmente intimato.

Dato in Roma dalla nostra solita residenza questo dì 12. Dec. 1702. — D. Card. Vicario. — N. A. Can. Cugio Segr.

32 Confessarius extraordinarius nunquam datur pro Moniali particulari. Ead. Sac. Congreg. Episcop. & Reg. in Panormitana 27. Maji 1603. Nec perpetuus, neque ad tempus. Ead. Sac. Congr. Episc. in Januensi 27. April. 1657. ex dict. sess. 25. cap. 10. Nisi per Sacram Penitentiarium pro una vice tantum, vel de licentia Sacre Congregationis, ut decrevit die 1. Septemb. 1645. & 11. Januar. 1647. apud Pignatelli. loc. cit. num. 235. Potest tamen Episcopus ex aliqua speciali ratione concedere extraordinarium etiam Moniali alicui particulari; puta in articulo mortis pro serenitate moribundæ, quia cum in tali periculo animarum salutis omnibus mediis sit succurrendum, talis ingressus est rationalis juxta exigentiam; cap. univ. de statu Regul. in 6. & necessarius, juxta Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 13. q. 29. Passer. de statu homin. tom. 2. q. 187. n. 291. Monac. loc. cit. n. 6. Bord. in miscellan. dec. 47. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 13. q. 4. & alii.

33 Confessarius extraordinarius potest deputari à Superioribus quolibet anni tempore, & ad dies sibi benevolens, prout student circumstantiæ hic, & nunc concurrentes, quia cum Concilium Tridentinum nihil determinet, neque circa tempora, in quibus fieri debet deputatio, neque circa dies pro audiendis confessionibus concedendis, utrumque relinquunt arbitrio ipsorum Prelatorum; praxis tamen fere communis est, ut dicta deputatio fiat unoquoque quadrimestri, & quoad dies alicubi determinantur quindecim, alicubi plures, alicubi minores, & alicubi nulla fit temporis præfinitio. Unde in hoc servanda est consuetudo cujusque diocesis, aut ordinis, cum consuetudo habeat vim legis, cap. Cum 43. tanto 12. de consuetud. Dies autem determinati 2. gr.

FARRAR. BIBLIOTH. TOM. VI.

quindecim, si non obset, vel consuetudo, vel statutum aliquod particulare, incipiunt currere à die cepti exercitii, quia tempus respiciens actum incipit cum ipso actu, ut tradunt Glossa in cap. Anteriorum 28. caus. 2. q. 6. Imola, Baldus, & alii.

Tempore deputacionis Confessarii extraordinarii expedit, quod Ordinarius non accedat ad monasterium: immo pro monasteriis urbis hoc præcipitur expresse Confessariis ordinariis sub pena privationis vocis active, & passivæ, & privationis officii, & sub eisdem penis prohibentur Moniales omnes ipsis confiteri pro tali tempore. Sic in adducto edito sub n. 37. §. 3. Idem pro Confessariis Ordinis Minorum de Observant. disponunt statuta Sæmbucana cap. 11. §. 17. num. 12.

Sic etiam expedit, quod Confessarii omnes, tam ordinarii, quàm extraordinarii, tam Seculares, quàm Regulares, completo suo officio, & ministerio, non amplius ad dd. monasteria accedant, neque ob motum directionis, & conferentæ spiritualis, neque correspondentiam etiam per literas ob tale motum tenere cum aliqua Moniali, inclusa etiam Superiorissa, novitia, educanda, aut alia quacumque inibi degente. Immo pro monasteriis urbis hoc expresse præcipitur omnibus dictis Confessariis sub prædictis, aliisque penis. Sic in dicto edito §. 3.

Prælati Regulares in regnis Hispaniarum tenentur saltem semel in anno deputare pro monasteriis sibi subjectis Confessarium extraordinarium, aut Secularem, aut Regularem alterius diversis ordinis, aliis ipsum poterunt deputare Episcopi. Sic expresse statuit novissime Innocentius XIII. const. 1. incipient. In Supremo §. 19. ibi: "Cumque ex eodem Concilio Trident. Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium confessiones audiat: si impostorum Superiores Regulares quoad monasteria ipsis subjecta toties prædictum extraordinarium Confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem, aut Secularem, aut Regularem alterius diversis ordinis professorem, in his causibus Episcopi pro suo arbitrio, & conscientia deputacionem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo, aut prætextu à Superioribus Regularibus valeat immutari." Et iterum statuit idem Benedictus XIII. constit. 10. incip. Pastoralis officii §. 7. graves penas imponens Superioribus contravenientibus, ibi: "Et quia mentis, ac intentionis nostræ est, ut remota quavis diversa intelligentia, & interpretatione, præcise serventur ea, quæ in eadem Innocentii prædecessoris constitutione super assignatione, seu deputacione Confessarii extraordinarii Monialibus sub Prelatorum Regularium gubernio viventibus disposita fuerunt, statulimus quoque, ut Superiores, qui decretum illud quocumque titulo, vel prætextu non servaverint, vel ejus executioni aliquod impedimentum directe, aut indirecte præbuerint, ipso facto suspensionem ab eorum officiis, nec non privationem vocis, tam activæ, quàm passivæ incurrant." Et quod pro Monialibus subjectis Regularibus deputentur Confessarii extraordinarii, etiam qui ejusdem ordinis non sint Regulares, jam decreverat Sacra Congregat. 12. Julii 1577. in Neapolitana apud Pignatelli. tom. 6. consulti. 85. num. 235. in fine.

Confessarii & Capellani Monialium possunt celebrare missas Sanctorum, & de quibus ipsæ recitant officium, sed cum Missali Romano, & de communi, non vero missas proprias eorundem Sanctorum variis ordinibus à Sacra Congregatione concessas; sic decrevit, ac servari mandavit Sac. Congr. Rituum die 20. Nov. 1717. approbante, & confirmante Clemente XI. die 1. Dec. ejusdem anni 1717. ut apparet in ejus Bullario decr. 28. Sac. Congr. Rit. multarum missarum.

Pro Confessariis Monialium, quævis de jure communi satis sit ætas ad Sacerdotium requisita, ut patet de Parochis, qui statim ac in Sacerdotio constituti, alla ætate non expectata; suarum ovium utriusque sexus confessiones excipiunt; nihilominus Sac. Congr. Episcop. & Regular. in una Venetiarum 2. Maji 1617. & 7. Ju-

Junii 1620. statuit, Confessarios Monialium debere esse in ætate supra quadraginta annos; quod pro Confessariis ordinis Minorum de Observantia statuunt etiam sua statuta Sambucana cap. 11. §. 17. num. 1. & hoc extendi debet etiam ad Confessarios extraordinarios, prout pro reformatis declaravit Sac. Congr. Concilii in *Consentina* 26. Novemb. 1689. lib. 39. decr. fol. 340. Et juxta epistolam encyclicam sub die 16. Mart. 1703. de mandato Sanctissimi directam omnibus Ordinariis Italix, & Insularum adjacentium, debent Confessarii Monialium esse ætate proventi, prudentes, zelantes, & vita exemplari conspici. Socii autem Confessariorum debent esse ætatis ultra quinquaginta annos, vitæque exemplaris, ut decrevit Sac. Congr. Episcop. & Regular. in *Nolana* 21. Februar. 1617. & Alexander VII. constit. incip. Felici §. 9. statuit, quod socii sint probate vitæ, & mature ætatis.

51 Confessarii Monialium non possunt ingredi clausuram ad sepeliendas Moniales, vel pro celebrandis exequiis. Sic expresse decrevit Sac. Congr. Episcop. & Regular. in *Reatina* 10. Mart. 1577. in una *Dominicanorum* 30. Januarii 1582. in *Ulyssiponen.* 11. Aug. 1620.

52 Alias omnes culpabiles incurrunt excommunicationem violatæ clausuræ. Eadem Sac. Cong. Episc. in *Bonon.* 20. Aug. 1596. apud Nicol. in *fosc. verb.* Sepultura n. 6. Et de facto Alexander VII. const. inc. Felici §. 9. specificans actus ad licitum ingressum Confessarii in clausuram non memorat ingressum ad peragendum officium funeris, sed solum ad peragenda alia officia, & ministeria, ibi: "Ad hæc Confessor Sanctimonialium, tam ordinarius, quam extraordinarius minime ingrediatur septa monasterii, nisi ad Sacramenta Penitentix, Eucharistix, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam agonizantium." Ubi, ut vides, Pontifex utitur dictione nisi, quæ est exclusiva aliorum ceterorum

53 per Sperell. dec. 66. n. 32. Neque consuetudo excusat à censura inflicta adversus violatores clausuræ, nec ab ea, quæ infligitur ab Alexandro VIII. in dict. constit. incip. Felici: quia Pontifex omnibus, & singulis etiam consuetudinibus quoad ea, quæ statutis in dict. constitutione adversantur, expresse, & specialiter derogat, sublata cuilibet facultate, & auctoritate aliter judicandi, & interpretandi, ac adjecta clausula decreti irritantis, ut patet in fine ejusdem constitutionis: Unde sequitur, quod Episcopi, alique Superiores in hoc casu jam declarato per Sac. Congr. & Summum Pontificem, non necessario non valeant licentiam concedere, nec permittere, & tolerare, quod prætextu consuetudinis (quæ potius corruptela est) Confessarii ingrediuntur clausuram ad officium funeris peragendum. Hinc Confessarii caute legant Auctores contrarium scribentes, & reflexe advertant, quod si pro tali officio clausuram ingrediuntur, excommunicationem incurrunt juxta supra laudata decreta, ut recte firmant Pax Jordan. tom. 2. lib. 7. tit. 12. num. 88. vers. Item neque prætextu, & num. 173. Nicolai in *fosc. verb.* Sepultura num. 6. ubi citata decreta affert, Monacell. part. 1. tit. 9. form. 3. numer. 8. & 9. Mattheucci *Official.* Curia cap. 13. n. 79. & alii. Videantur etiam Pignatell. tom. 6. consult. 85. num. 234. Gavant. in *Manual. Episc. verb.* Monialium Clausura num. 40. Barbosa lib. 1. *Jur. eccl. univ. cap.* 44. num. 133.

54 Confessarii Monialium clausuram ingressus ad administranda Sanctissima Sacramenta, recta via, & absque diverticulo eat, redeatque, nec in alia monasterii parte divagetur, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio non est necessaria. Sacra Congregatio Episcop. & Regular. 13. Septemb. 1583. apud Barbosa in *Summa Apostolic. decis. verb.* Confessarius Monialium num. 2. Lezana in *Summa quest. Regular. tom. 3. verb.* Clausura num. 26. Gavant. in *Manual. Episc. verb.* Monialium Clausura n. 44.

55 Cum aliqua Monialis laborat in extremis, conceditur Confessario pernoctatio in sua solita mansione extra clausuram prope monasterium, ut ingruente necessitate illi præsto esse possit vocatus. Eadem Sac. Cong. Episc. 22.

Decemb. 1592. apud Pignatell. tom. 6. consult. 85. n. 233. Confessario Monialis infirmæ confessionem audiente, cellæ janua aperta remaneat, & ambe comitantes ad ejusdem cellæ januam morentur, ita ut Confessarius, & infirma ab eis commode cerni possint. Eadem Sacra Congr. Episcop. die 13. Septemb. 1583. & novissime Innocentius XI. per epistolam encyclicam ejusdem Sac. Congr. Episcop. sub datore Romæ 21. Mart. 1682. Confessarii quovis tempore de nocte in casu necessitatis possunt clausuram ingredi. Eadem Sac. Congr. 13. Septemb. 1583. Confessarius non potest ingredi clausuram ad audiendam confessionem illius infirmæ, quæ potest accedere ad Sedem Confessionalem. Eadem Sac. Congr. 13. Septemb. 1583. Confessarii nullatenus ingredi possunt clausuram prætextu comitandi operarios, Medicos, Chirurgos, vel alios. Eadem Sac. Congr. Episc. 13. Septemb. 1583. Confessarii non possunt ingredi clausuram ad conspergendum cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore. Sac. Congr. Episcop. 4. Septemb. 1596. Confessarii nequeunt ingredi clausuram ad exorcizandum Monialem equeurmenam. Sac. Congr. Episcop. & Regular. 1. Julii 1606.

Confessarius non potest ingredi clausuram Monialium ad inibi missam celebrandam, ut pluries declaravit Sac. Congr. Episcop. & signanter in *Lancianensi* & in *Pistoriensi* 16. Julii 1685. in *Mantuanæ* 13. Junii 1591. in *Bononiæ*. 2. Jan. 1601. An autem Confessarius ingredi possit clausuram ad sumendam particulam consecratam ipsi in actu communicandi Moniales in ecclesiis interiorum elapsam? Variant Doctores; Negativam sententiam tenent Bissus in *Hierarch. Sac. tom. 2. verb.* Particulæ num. 45. §. 12. Castaldus, qui adhaeret Quartus in *rubric. missal. part. 2. tit. 10. sect. 3. difficult. 4.* & alii vultes, Particulam in tali casu esse colligendam à Monialibus, vel Abbatissa, & Confessario, seu Sacerdoti portandam, quia, dicitur ipsi, ingressus in monasterium strictius prohibetur, quam tactus Hostiæ consecrate in casu necessitatis. At hoc solum admitti posset, si unica Particula caderet intra clausuram, & ibi adesset Monialis communicanda, quæ in tali casu genuflexa posset etiam reverenter sumere, & sic communicare, ut tradidit ipsemet Quartus loc. cit. & Clericatus de *Eucharistia Sacramento* dec. 44. & alii. In casu autem, quo nulla adesset Monialis communicanda, varii Doctores, inter quos Clericatus loc. cit. D. Cajetanus de *Alexandris in Confessario Monialium cap. 7. §. 6. quest. 7.* recte dicunt, posse Confessarium ingredi ad sumendam talem particulam, quia strictius obligat reverentia erga Sanctissimum hoc Sacramentum, quam clausura; quia hæc habetur ex præcepto ecclesiastico, illa vero ex præcepto divino, ut ex D. Thoma 3. part. quest. 83. art. 3.

Confessarius Monialium etiam Regularis non indiget speciali licentia ad ingrediendum pro necessitatibus sui officii, modo pro monasterium non vegetet, sed expleto ministerio statim exeat. Sac. Congr. Episcop. & Regular. in *Comen.* 9. Mart. 1609. Confessarius debet ingredi clausuram cum cotta, & stola, & non aliter. Sac. Congr. Episcop. in *Lucon.* 29. Mart. 1589. & 22. Decemb. 1602. Et hoc per quamcumque necessarium causam ingrediatur. Ead. Sac. Congr. Episcop. in *Cajetanæ* 29. Jan. 1627. apud Nicol. in *fosc. verb.* Clausura num. 34.

Confessarii Monialium, quamvis generaliter debent ingredi absque socio pro ministrandis Sacramentis Penitentix, Eucharistix & Extremæ Unctionis, Monialibus infirmis, ex decreto Sacræ Congreg. Episcop. 13. Septemb. 1583. relato à Pignatell. tom. 9. consult. 85. num. 231. Tamen hodie Confessarius Regularis, non obstante antiqua consuetudine, absque socio ingredi non potest, sed debet ei assignari socius, qui ipsi assistat, & sit ætatis ultra 50. annos, vitæque exemplaris; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Nolana* 21. Feb. 1617. apud Lezana tom. 3. verb. Clausura num. 27. Monacell. part. 1. tit. 9. formul. 5. num. 2. Barbosa in *summa apostolic. dec. verb.* Confessarius Monialium n. 14. &

& expresse Alexander VII. in citat. constit. incip. Felici §. 9. ibi: "Nec unquam ingrediatur, nisi cum socio, quod sit probate vitæ, semperque maneat in ea parte monasterii, qua Confessore videre, & ab ipso videri semper possit."

66 Confessarius Regularis Monialium, ejusque socius (confessionis, ac sacramentorum administrationis casibus exceptis) easdem Moniales absque Sacræ Congregationis licentia alioqui non possunt. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regular. in *dict. Nolana* 21. Februar. 1616. apud eosdem loc. cit. Vide art. antec. num. 67.

67 Confessarii extraordinarii Monialium à monasteriorum, in quibus degunt, aut religionis oneribus pro eo tempore dumtaxat, quo in confessionibus audiendis occupantur, excusantur. Eadem Sac. Cong. Episc. & Regular. 10. Mart. 1593. apud Barbosa loc. cit. n. 7.

68 Habitatio Confessarii, licet debeat esse vicina, non tamen sit conjuncta, seu contigua monasterio, sed ab eo disjuncta, non solum per parietes, sed etiam per tectum: Sac. Congr. Episcop. in *Arimin.* 22. Jan. 1576. 19. Aug. 1578. 2. Jan. 1579. & 22. Jan. 1593. in *Bononiæ*. 3. Maii 1593. in *Januen.* 14. Nov. 1603. in *Mantuanæ* 22. Novemb. 1604. & sæpe alibi, expresse statuit Alexand. VII. in dict. constit. incip. Felici §. 10. & 11. sub gravissimis penis contra Superiores, & Confessores Regulares transgressores: & novissime Sac. Congr. Conc. in *Ulixibonen. occidentali* 10. Septemb. 1721. ubi decrevit, quod Confessarii Monialium non possint habitare in atris monasteriorum muro circumvallatis contiguis monasteriis, & habentibus portam, quæ clauditur; apud Ursayam in *miscellaneo primo sacro & profano* lit. C. num. 238.

69 Confessarii Monialium debent audire confessiones ex sede confessionali collocata, non quidem in sacristia, aut occulto loco, sed in ipsa ecclesia exteriori, ut habetur ex declaratione Sac. Cong. Conc. in *Camerin.* 29. Novemb. 1605. his verbis: *Confessionalis ex sacristiis, & aliis locis occultis removeri debent, & collocari in ecclesiis exterioribus Monialium, & in Faventina* 7. Mart. 1617. his verbis: *Confessionalia Monialium in exterioribus ecclesiis omnino collocentur, & si ille in hoc venientes fuerint, interdici debent.* Sic apud Barbosa in *summa apostolic. decis. verb.* Confessionalia num. 1. & 2. & idem statuit ead. Sac. Cong. Conc. in *una Salutarium in responsis.* ad 4. die 20. Septemb. 1642.

70 Confessarii Monialium certa annua merces constitui debet, quæ juxta morem, & qualitatem Religionis victui illius sufficiat, eademque merces monasterio, in quo degit idem Confessarius, si Regularis sit, persolvatur. Ceterum Ordinarii locorum prohibent Monialibus sub aliquibus penis non tamen censuram, ne ultra mercedem illam aliquid communitur, vel privatim Confessori, vel aliis quibuscumque fratribus tribuant, eisdemque fratribus, ne à Monialibus etiam sponte oblatum, aut donatum recipiant, & subisdem penis inhibeant. Sic Sac. Congr. Episcop. & Regul. sub die 29. Nov. 1605. apud Barbosa loc. cit. verb. Confessarius Monialium num. 10. Unde Confessarius accipere non debet à Monialibus victum dietim, nec utensilia, vel ligneam suppellectilem, sed tantummodo annuam provisionem. Ead. Sac. Congr. Episcop. in *Bononiæ*. 19. Jun. 1601. in *Januen.* 18. Januar. 1603. in *Recanaten.* 19. April. 1624. Quæ non excedat duos julos pro quolibet die. Ead. Sac. Congr. Episc. in *Neapolitana* 27. Septemb. 1652.

73 Confessarii Monialium nullo modo possunt comedere, refici, aut cibum sumere in earum monasteriis, seu locis, ubi sunt crates, vel rotæ in monasterium respondentes, vel in locis adeo vicinis, ut videri, vel audiri possint à Monialibus; neque ante portam clausuræ, ut expresse pro omnibus Regularibus statuit Sac. Congr. Episcop. 13. Septemb. 1583. & *Nonis Maji* 1590. in decreto jussu Sixti V. edito, jam relato supra art. 4. numer. 14. ubi expresse mandat, quod ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant, & solum eis permittit in ædibus vicinis refectionem diurnam sumere diebus generalium confessionum, si eorum conven-

tus, in quibus degunt, nimium distent à monasterio Monialium.

Confessarii Monialium an possint esse absolvi in foro conscientie à censuris occultis, & penis Papæ reservatis? Vide supra art. 3. d. num. 19. ad 25.

Ad absolvendam Monialem repentino accidenti correptam, & jam jam animam agentem, in defectu sui proprii Confessarii potest licite quilibet alius Confessarius, seu simplex Sacerdos prope monasterium existens, seu casualiter transiens, clausuram ingredi sine ulla licentia expressa, & tali moribundæ beneficium absolutionis impertiri; si enim ex decretis Sacræ Congregationis allatis supra art. 2. num. 84. potest quis licite sine licentia clausuram ingredi ad extinguendum incendium, vel ad succurrendum Monialibus in aliis casibus repentinx ruinx, multo magis poterit Confessarius, seu simplex Sacerdos sine licentia clausuram ingredi ad absolvendam Monialem in tali casu extrema necessitatis: quod enim non est licitum in lege, necessitas facit licitum; cap. Quod non est 4. de reg. juris, & necessitas non habet legem; cap. Sicut 11. de consec. dist. 8. cap. Omnes 1. de Feriis, cap. Consilium 2. de observat. jejunior. cap. Consuluiti 3. de celebrat. missar. In quolibet enim dispositione intelligitur excepta necessitas; cap. Licet 6. de penit. & remiss. Et ad hoc facit Concilium Tridentinum sess. 14. de Sacram. Penit. cap. 7. ubi dat facultatem cuilibet simplici Sacerdoti, ut sine alia licentia, aut approbatione, possit absolvere penitentem in articulo mortis constitutum etiam ab omnibus censuris, & casibus reservatis, addita ratione: *Ne ab ipsa occasione aliquis pereat, quæ ratio militat in nostro casu.*

Confessarius sollicitus Monialem est denuntiandum 76 Episcopo vel Inquisitori; Gregorius XV. constit. incip. Universi. Monialis sollicitata, si nolit denuntiare Confessarium sollicitantem, non potest absolvi, quia remanet semper in peccato mortali, & in excommunicatione majori, quoties moraliter potest denuntiare, & id recusat, seu culpabiliter negligit, communit. Moniali recusanti denuntiare non potest Confessarius protrahere terminum ultra tempus vi editi præfixum ad denuntiandum, quia nullam habet jurisdictionem super legem Superiorum, ad quorum prudentiam spectat examinare protractionis necessitatem; censent tamen Sayrus, Freitas, Acunha, & alii apud Dianam part. 1. tract. 4. resol. 27. posse ei concedi tempus consulendi peritioris, dummodo id præstetur absque longa temporis dilatione, & interim à data fide denuntiandi, absolvi possit.

Monialis recusans denuntiare præ nimia veredumia alloquendi Episcopum, vel Inquisitorem, seu timore ne detegatur, aut alio simili respectu, potest denuntiare per internum, seu per Confessarium, cui Episcopus, vel Inquisitor potest dare commissionem, ut recipiat in scriptis, & cum juramento denuntiationem: sic declaravit Sacra suprema & universalis Inquisitio jussu Urb. VIII. 27. Sept. 1664. apud Bord. cap. 14. de sollicitatione num. 89. his verbis: *Et quando il penitente iustitav persistere nella medesima venienza, N. S. si contenta che dal Vescovo, o Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricercare per scrittura, à chi li avrà data l' autorità di pigliarla. Instruções Confessarii pro recipiendis hujusmodi denuntiationibus exhibetur à Pignat. tom. 1. consult. 104.*

Alia de hac re. Vide verb. Sollicitatio. 80

Hujus addere novissimas resolutiones Sacræ Congregat. Concilii in *Coloniensi* 16. Novemb. 1720. ubi de edicto Archiepiscopi, in quo nonnullos casus reservaverat, proposita fuerunt infrascripta dubia. I. An Confessarii Regulares possint seculares extra mortis periculum absolvere à casibus Ordinario reservatis, in casu? II. An Confessarii Monialium exemptarum, & Prælati Regularibus subjectarum possint easdem, etiam extra mortis periculum absolvere à casibus Episcop. reservatis, in casu? III. An supposito edicto supra-recensito Confessarius Regularis extra mortis articulum absolvere possit secularem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi, in casu? IV. An sup-